



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

83 Item quum agricolæ Autumni tempore vindemiare ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

tus abominandum est, q̄ n̄s, quibus est res angusta domi, vbi
parochis & ecclesijs ad diem solutioni destinatum, per ino-
piam satisfacere nequeunt, corpus & sanguis Christi, sacrosan-
cta, quæ nobis sacramenta in remissionem peccatorum reli-
quit, denegantur; immo quasi pignus precluduntur, non atten-
ta vltioris dilationis, & quidem modice, petitione. Quamq̄
tales similesq̄ causæ pro conditione sua, coram secularibus
iudicibus, merito finem sortiri deberent.

83 Item quum agricolæ Autumni tempore vindemiare cu-
piunt, quemadmodum vnicuiq̄ ad sui vtilitatem facere licet,
nihilominus tamen, si vindemia illa displicet spiritualibus
(vt vocant) qui eo loci decimas possident, miseris inhi-
bent agricolis, sub excommunicationis, necnon pecuniarum pœ-
na, ne vvas colligant prius q̄ ipsi id permittant, vnde eue-
nit, vt sæpe pauperculi illi non paruo afficiantur damno, cū
vvas suas, quas maximis expensis & laboribus per inte-
grum coluerunt annum, vindemiare non audeant. Etiam si
illi interim vel frigore pereant, vel etiã marcescere incipiãt,
tantūmodo ob decimarū lucrum iniquum, sapius etiam ob
inuidiam detestandam. Quæ ambo cōtra iura sunt diuina, fas
& omnem pietatem, ac ideo merito aboleri debent.

VT ECCLESIASTICI SINODIS ABVTANTVR.

84 Nec minus molestum, graue, & Germanorum vulgo into-
lerabile est, q̄ synodales iudices pluribus in locis quotannis
id quod non nisi post annorum intercapedinem vt fieret, ius-
ribus permissum est, obequitant, ac mirum, quid fictitiæ ius-
risditionis, aut superioritatis exerceant; hoc interim constat,
simplici popello hac via necessaria subtrahi alimenta; neq̄
talīs peragratio eo fine & ordinatione, qua summis ponti-
ficibus instituta est, obseruatur. Nā pro pœnis & correctio-
nibus, quibus facinorosos & criminum fontes a vicijis deter-
rere deberent, pecuniam præsentem & numeratam, & quicq̄
quid deniq̄ eis in lucellum cedere potest, exigunt, Id quod

R.